



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Episcopo foli spectat in sua Ecclesia deputare praedicatorem, cui etiam tenetur regulariter expensas subministrare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

fius parochi per se ipsum, vel alium idoneum verbum Dei prædicare, ut *cap. 2. de re- for. sess. 5.* si per se ipsum non potest, debet per alium proprijs expensis supplere.

Si autem parochus sit pauper, qui ex redditibus, & emolumentis suæ ecclesiæ expensas necessarias prædicatori subministrandas sustinere non possit; tunc ipse non tenetur; quia impossibile nulla est obligatio. *l. impossibile. ff. d. reg. jur.* sed tenetur populus, cui verbum Dei prædicatur, cum sit rationi consonum, quod prædicatores tali casu, ab ijs, quibus seminant spiritualia, temporalia metant. Paul. *1. Corint. c. 7. & c. cum ex officij, circa fin. de præscrip.* Nisi adsit aliquod legatum, aut alij redditus huic pio muneri applicati, quia ijs casibus Episcopi non tenentur, cum in cathedrali solum teneantur ad præstandum stipendium prædicatori, ut fuit decretum à Pio V. ut in *decis. concl. super eo cap. 4. §. 10. Pius V. decrevit.*

§ Episcopus vero, qui legitime impeditus, officium prædicationis per se ipsum præstare non potest, per alium impensis ipsius Episcopi præstare debet, nisi ex consuetudine hoc onus ad alium spectaret, ut in *d. decis. sup. dicto cap. 4. factis sub. tit. Lan- eianen.* & ad ipsum Episcopum solum prædicatorem deputare spectat in sua ecclesia, nec capitulum, seu communitates locorum hac in re aliquid possunt, ut *super eodem cap. 4. sub. tit. Burgen. Gadien. Le- gionen. fuit decisum.* An autem quotidie tempore Quadragesimali, vel jejuniorum, aut tribus diebus in hebdomata sit prædicandum, arbitrio Episcopi est declarandum. Et hodie Adventus tempus jejunijs proprie non dicitur, *decis. Conc. sup. eodem cap. 4. sub. tit. Mediolanen. qua incipit, arbi-*

*trium.* Ne autem dubitari contingeret, quomodo intelligenda essent verba Concilij in prædicto *cap. 4. post medium, ibi, nul-* plus autem secularis, ¶ sive regularis, etiam in ecclesijs suorum ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat, *sess. 24.* fuit per eandem sacram congregationem declaratum *super eodem cap. 4. & decisum,* quod contradicente Episcopo nullus etiam regularis prædicet, nec teneri Episcopum causam exprimere, quare ad hoc prohibendum moveatur, ut in *decis. super eodem cap. factis, sub. tit. Mediolanen. qua incipit. Contradicente Episcopo, & per dicta verba, Contradicente Episcopo, Ordina-* rijs est concessum, ut etiam à regularibus, antequàm officium prædicandi assument, professionem fidei exigant, ut in *eisdem decis. etiam sub titulo Mediolanen. incipien. per hæc verba.*

Nec regulares ¶ cujuscunque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ut statuit Leo X. in constitut. de prædicatō- rum officio in *Bull. cap. 15. ac de eorum li-* centia, etiam in ecclesijs suorum ordinum prædicare possunt, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis, antequàm prædicare incipiant, benedictionem petere tenentur, *dicto cap. 2. vers. Regulares vero, de reform. sess. 5. nec* sufficit per Nuncium petere, quia personaliter petere debent, ut ibi expressis verbis, & gloss. in *Clement. dudum in ver. præsen-* tari, de sepul. S. Greg. ¶ fervore charitatis accensus, prædicatores vehementer hortatur, & monet, ut dicturi ad populum prudentes, cautique accedant, ne dicendi impetu rauci, verborum erroribus, quasi iactulis, audientium corda configant, ne cum sapien-